

privative ad alios, assumendo aliquem, licet de jure non nobilem, ad minus Consulari in locum deficientis, cum nulla praescripta sit qualitas, seu personarum ordo, ex quo assumi debat; Et tamen facultas Consiliori aliquem nobilem dicunt de Regalibus, ac refervatis Principi, ut per Tiraquell de nobilitate, c. 5. & 6. Chassan, in Catalogo glor. mundi par. 8. par. confidet. 17. Pacian. de probat. l. 2. cap. 26. nn. 33. cum seq. & ceteri de materia remissive collecti per Botell. de praefat. Reg. Catholici cap. 4. num. 6. ubi multa cum confuta eruditio ad materiam nobilitatis.

Quamvis enim in aliquibus Civitatis, in quibus aedificatio separatio familiarium nobilium a popularibus praxis doceat, per eadem familias cooptari, seu aggregari de novo alias familias ad eandem nobilitatem, attamen id provenit vel ex privilegio Principis, vel ex immemorabili consuetudine, quod privilegio equipollit, vel & probabilitus ex quadam recognitione veritatis, ac debito iustitia, quod felicitas illae familiae alias de jure, & intrinsecus nobiles, & concorditer & absque lite admittuntur ad praeminentias & honoratae Civitatis sibi debitos, unde quanto familiaris de novo per formalem aggregationem declarari cupunt de tali ordine, id explicandum est, seu explicari solet cum dicto actu formalis aggregationis, ut sit in aliis locis, non autem per hujusmodi solos actus tacitos, & per folas intitulations separatio, seu disreputatio nobilitum inducenda.

Ceterum in hoc mili videbatur procedi cum aquivoce mortale, quoniam aliud est confidere hunc titulum, seu adiectum nobilis, pro explicanda illa naturali qualitate, que ratione naturalium, vel gradus, seu dignitatis persona polleat; Aliud vero, illum considerare tamquam honorificum adiectum ex quadam confusione adiecti solutum, eo modo quo adiungitur ali tituli *Illiſtris, perilliſtris, speſtilliſtris, magnifici*, & similis quando adiungitur iuxta primam partem, tunc ex communis uero apponi solet a parte poſta, apponendo a parte ante diversum titulum, seu adiectum honorificum, quia nemp̄ dicitur *Illiſtris, vel ſpectabilis Titulus nobilis Romanus*, quia tunc ita designatur nobilitas personae, & sic quilibet naturalis, Secus autem si dicatur *Titulus Civis Romanus*, five abuso aliquo adiecto, quia tunc ille dicitur titulus, eo modo quo est illi *Illiſtris, perilliſtris, ſpectabilis, magnifici, honorandi*, &c. Atque in hoc confutabatur aquivoco hujusmodi innovatorum, quoniam faciliter volerant quemdam titulum antiquius ultraſtat, moderno autem tempore, in quo hujusmodi vanitates excreverint, diminuit, utpote inferiores, minisque honorificum, quam essent alii tituli, quos idem innovatores offerebant aliis Civibus non Consulariis, *Illiſtris, ſpectabilis, magnifici, ſemifere*, juxta personarum ordinis, illi enim finitum longe majoris & honorabiles.

De jure siquidem *Perilliſtris* dicitur titulus maximus, convenientis Papæ & Imperatori, ut ex Specul. & aliis Chassanis in Catalogo glor. mundi par. 7. in primis, secunda, & tercya confederatione, *Illiſtris* vero convenerit Regibus, Prefecto Urbis, Praefecto Praetorio & Cardinalibus, Chassan. *ubi ſupra*, Borell. de praefat. Regis Catholicis, cap. 4. num. 21. & 40. ubi de Regibus Hispaniarum & Galliarum, *Spectabilis* vero titulus congruit Praefidibus Provinciarum, Praefectis Vigiliis, Ducibus exercitus, & similibus Magistratus majoribus, ut per Chassanum *ubi ſupra*, confidet. 4. & sequens quod in praxi etiam hodie servatur in Regno Neapolitano, ubi Principibus, Ducibus, Marchionibus, aliquique titularis, etiam primi ordinis, & Hispaniarum primatibus, in judicio datur titulus *Illiſtris*, atque Regentibus Cancelleriis, neconon Praefidi S. Consilii aliisque Superioribus Magistratus, bus datur titulus *Specabilis*.

Titulum autem *magnifici*, non videtur titulus juridicus, & institutus in iure communi, nostri autem volum est idem, ac *Illiſtris*, & alii etiam plus, ut per Tiraquell de nobil. cap. 8. nn. 15. Maſtrilli de magistr. tom. 2. lib. 5. cap. 3. num. 11. praxis vero dicti Regni docet esse quid minus, utpote tribū fōlūtū Regis Consilioris, aliquique minoribus Magistratus ac etiam Advocatis, & privatis nobilibus qualificatis, qui vulgo *Equites* dicuntur. Prout titulus *fēs*, seu *meſter* juxta antiquum loquendi usum tribuebatur prius Regibus & Principibus majoris ordinis, deinde Baronibus & Domicellis, & successivè juxta temporum corrupelas aliis inferioribus; Atque Ego pleraque vidi antiqua instrumenta, in quibus iste titulus *nobilis* dari solebat illis, qui aliquantulum se supra plebeios sublevabant, civilibus vero, seu nobilitate venitibus datur titulus *meſter*, ille vero *magnifici* vero nobilitatis primi ordinis Civitatis.

Et merito, quoniam istud adiectum *nobilis*, vero & pro-

priè non denotat nobilitatem, tamquam nativam, seu acquisitam qualitatem, distinguente à popularibus, & constituentem personam in primo, seu majori ordine Civitatis, sed tamquam denotans excellentiam, ita ut etiam artificibus & mechanicis in suo exercitio excellentibus tribui soleat hoc adiectum *nobilis*, quinimò etiam animalibus ipsifque rebus inanimatis aliquam excellentiam habentibus, ex plenè & eruditio collectis per Tiraquell de nobilitate, cap. 2.

Observando praefitum, quod in Sacris legendis, que in 19 Breviario habentur super commemorationem Sacerdotum, Sancti Martyris Cosma & Damiano, ac Pantaleonem datur hic titulus *nobilis*, eos vocando *nobiles medicos*, & tam latè Doctoratus in medicina de jure etiam nobilitet, itaque profilio nobilis etiam congruat, ut infra in *Venſig. praeſeminentiarum*, hoc endem rit. disc. 35. non est talis, quod singulariter ad discretive ad profectos alium scientiarum titulum ipsum exigat, sed bene adiungit ratione excellentiae in ministerio, eodem modo quo etiam pictoribus, statuariis, similibus adiectus legitur, ut apud Tiraquell. *ubi ſupra*.

Ideonee concludendo, non negabam quinimò admittit, itam Civitatem habere nobiles, etiam qualitate nobilitatis, ejusque regimen esse nobilium, aque Consularios cenfendens esse nobiles, & sic admittit hanc nobilitatem affirmativam; Sed diebā punctum esse in negativa ejusdem qualitatis, iei adiecti in aliis familias, que licet non sint de Consilio, adhuc tamen nobilitatis nativa, vel dativa praeminentiam de jure pretendere possunt; Recepit quidem in trar argumentum affirmativum, est de Consilio, ergo est nobilis, non autem negativum, non est de Consilio, ergo non est nobilis, neque tale adiectum ei tribuendum est. Quoniam estet dare, quod si Magnates domicilium in ista Civitate confraterent, non essent nobiles, sed populares; Nisi, ut dictum est, ite titulus, seu adiectum tribuatur tantum ratione numeris, vel officiis, quo calu nemini sit injurya, dummodo de rur etiam dictis tribus Prioribus, qui habent auctorem & maiorem administrationem, indistincte spectato ipso officio in genere, non autem qualitate personae, five fidei familias, vel personis de Consilio, five non.

Ut enim, diligendo plures species nobilitatis, habetur in dicta *Venſig. praeſeminentiarum*, hoc eod. rit. disc. 35. Alia est nobilitas indefinita, & in genere, tamquam qualitas naturalis, seu acquisita, inherens personae ubicumque existit; Alia vero est nobilitas particularis requisita ad certum effectum. Utputa, juxta exemplum ibi deducatum, Civitas Neapolitana regitur per les plateas, quarum qualiter deputata unum Decurionem, seu Priorem, ibi *Electum* nuncupatum, quinque sunt nobilium, que ibi *feldia* nuncupantur, in quibus respectice solum certus numerus familiarium adscriptus est, & sexta est reliqui populi in universum; Illi ergo de familiis adscripti in dictis plateis, seu fedibus, sunt nobiles, priuative, seu negativa ad alios nobiles, in ordine ad eam praerogativam intrandi in Consilium, ten fedibus, ac habendi votum activum & passivum in miscellaneis Civitatibus, ad eam in eadem Civitate morarentur viri *Illiſtris*, ad primaria nobilitatis Europe, non tamen effent, vel dici possent nobiles illi Civitatis, vel plateas ad illos effectus, Sed non per hoc dici potest, quod generaliter, & in actibus indistinctibus, etiam in eadem Civitate, illi tantum dicendi essent nobiles & Equites, & non illi, quiamvis eamdem de habeant qualitatem, ita a pari, Ideoque punctus non est in affirmativa ipsorum, sed in negativa aliquorum, ita ex dicta differet a refulante, per quam ita quidam positiva injurya, seu nobilitatis exclusio refutare videtur; Ubi enim dux sequitur nobilitate viventes idem Prioratus munus habent, cum pari jurisdictione & administratione, atque in publicis functionibus, unum detur titulus nobilis, alter non, utique apud omnes cives, ac exterius ostrearet argumentum, quod unus eorum sit nobilis, alter vero ignobilis, & popularis, atque in hoc veritate diebā punctum prejudicij, & inconvenientium, quibus cum dicta determinatione, prudenter ac suffe confutum remanet, omnibus ita retinendibus propriam, nativam, vel dativam praeminentiam majoris, vel minoris nobilitatis, ut quilibet praetendit, vel fibi adulatur.

FOR OLIVIEN. ADMISSIONIS AD CONSILIOUM

PRO FRANCISCO MARIA SASSO. CUM CONSILIO CIVITATIS.

Causa disputatur in Sac. Consulta, & refutatur pro Consilio. Statuta Civitatum disponentia in locum Decurionis, seu consiliorum defuncti, tubrogare debere eius filium,

illa esse arctativa, juxta hanc secundam partem, In ultima vero ab eis recedendo deciditur contrarium. Et haec ultima refutatio, quoties non datur probatio, vel vehemens sumus odii & malevolentie, seu omnino irrationabilis iudicium, probabilior milie videtur, quando ad hujusmodi cooptationem, seu admissionem, ultra qualitates naturales invariabiles, in quibus nec meremur, nec demeremur, aliae defiderant qualitates resipientes vitam & mores alias que animi doles, Quoniam super eis satis difficile, ac paene impossibile est convincere iudicium resipientium de irrationabilitate juxta universale praxim, cum hujusmodi notitia, per secretas, et extra iudiciales informationes haberi soleant, per quas multa scimus, que in iudicio probari non possunt, vel quantum possint, non expedit, ob multa inconvenientia, quia exinde alias refutarent, ut in terminis aggregationis aliquis presbyteri, vel clerici nationalis ad Capitulum, seu maſtis aliquis Ecclesie receptio habeatur in Regiam. Conſorti, ubi it. de Canonico & Capitulo, ubi de hujusmodi materiali capitularibus, id eoque satis difficile est reducere ad proximum iurificationem gravaminis.

Aliud enim estib⁹ provisum in titulum de loco in Collegio, puta de Canonico, vel Dignitate in Capitulo cum similibus, petit admissionem perneceſſe fibi debitam de jure, eate- nus denegandam, quatenus obstat aliqua pretencia inhabilitas, qui profinde deducenda per viam objeci, utpote non justificanda est parte propria, cui sufficit iurificare narrativam literarum, formiter probanda est per opponentem, ut satis frequens & quotidiana habemus in Rota in materia beneficii; Aliud vero est agere de admissione non habentis titulum; sed solum certas qualitates, nedum naturales, seu accidentiales, quarum verificatio ipsorum admittentium iudicio remissa est, cum tunc non docto, ut dictum est, de odio & irrationabilitate, non videatur alias practicabile, ut latius in d. Regiam. conforti.

Dicēbam vero scribens in causa tamquam Advocatus dictum quoniam, premissemus quod omnia extranea videri à causa, quoniam non agebatur de recurso habito Superiore ad refectione facta per universum Collegium, vel corpus, ad quod pertinet admittere, vel rejecere, qualis erat causa dictum decisionem Bononiensem, ac etiam alter in dicta Regia, sed agebatur de denegata propositione in Consilio generali, in quo refutat populi, seu Civitatis potestas, admittendi, vel rejecendi, non competens dicto Consilio parvo, seu particulari, quod ita fibi affumeret potestatem directe rejecendi, cum denegatione propositionis.

Quod enim electio ad Magistratus & Decurionatus alia que publica Civitatis officia, non speaker ad Magistratum, seu Consilium particolare, seu ad totum populum, vel ad Consilium generale totius populi representativum, quodque aliud fit nominare, aliud velle eligere, ut probat text. in l. 2. C. de Decurionibus lib. 10. per quem cateris antiquioribus allegatis ita firmant Avendam de exequen mandat. l. 1. c. 19. num. 3. Aponte de potestate Proris, tit. de abundancia Civitatis, §. 1. n. 6. cum seq. Capoli, de Baron. tom. I. c. 7. Rovit. super prag. 2. de Administr. Universitatum, ubi solum limitat ex contraria confutetur.

Quodque aliud fit proponere, aliud vero eligere, vel rejecere, diversusque fit Magistratus, ad quem pertinet convocare, & proponere, ab eo, ad quem pertinet determinare, probat text. in l. 2. C. de Decurionibus lib. 10. ibi, Magistratus Decurionibus solemniter convocatos nominationem ad certa munia faciant, ubi gl. verbo faciant, notat quod electio non per Magistratum convocantem, & nominationem, sed per Decuriones convocatos facienda est per text. in l. 1. §. 7. s. f. quando appellandum sit, qui textus bene probat, quod Ordine est ille, qui eligit, non autem Praes, vel alter qui Ordine proponit, Et quotidiane praticamus in Religionibus. habentibus quoddam Consilium particolare, *dissimiliorum* nuncupatum, ad quod pertinet examinare negotia propria in comitiis, seu Capitulo generali, seu provinciali, ad quod utper universa Religionis, vel provincias representationem pertinet jus determinandi, & statuendi.

Et quod ab hujusmodi refectionibus filiorum, vel artinetum Decurionis, seu Consiliorum defuncti concedatur appellatio, expeditis dispositionibus habetur in l. 1. 2. Cod. de Decurionibus lib. 10. & l. 1. c. de potior. ad manuam nominan. eod. lib. 10. & docet quotidiana praxis in Sac. Religione Hierosolymitana, in qua solleto aliquo admitti ad habitum militarem justitia, prius illius qualitates, & requista examinari in Assemblea particulari proprii Prioratus, deinde de hoc agitur in Consilio ordinario, itaque gravante, recurrunt ad Consilium complectum, a quo etiam appellatur, seu recursus habe-

- haberet ad Capitulum generale, ac etiam demum ad Summum Pontificem, & Sedium Apostolicam, ex iis, qui haberent in pluribus Melvetianis hoc eod. sit. & hunc respectice dicebam esse calum, quia quod Confiliū particulare, vel fere creatum, comparandum esset Assemblea, in cuius potestate repotitum non esset aliquem ab habitu asequectione rejecere.
- Verum reflectendo ad veritatem, termini non videbantur similes, quoniam in dicta Religione, cum ut plenum admittendi fini pueri, vel adolescentes, in quibus non queritur de animi doctibus aliquique partibus personalibus, sed principali infusum super naturali qualitate nobilitatis, & puritatis languoris formiter iustificata per probationes publicas, & processus, idcirco non intrat dicta ratio extrajudicialium informationum & notitiarum, & successivē altera impracticabilitas, seu inconvenientium ut supra, unde non bene ab uno casu ad alterum arguere licet. Ac etiam quia in dicta Religione statuta sunt arctativa, ita ut in eius facultatione sit denegare habitum iustitiae illis, qui bene & concilienter probant nobilitatem generalem cum puritate languoris, aliquis requirit per habilitatem, quod fecit est in illis casibus, in quibus huicmodi statuta verius sunt facultativa potius quam arctativa, praesertim vero istud individuale statutum quod supponit qualitates ut supra ab eo desideratas, & tamen hoc non obstante reponit in arbitrio Confiliū generalis admittere, vel respire, & sic termini non videbantur similes, unde propterea resolutio non improbabilis visa est, quoniam cessante probatione, vel vehementi summo odii & malevolentia, seu irrationabiliter ob alienam complacentiam, ita docet communis praxis, atque alias materia videtur impracticabilis, tam in Communitate Civitatum quā etiam in Collegiis scientiarum & piarum quoq; Societatum & Congregationum cum similibus, dum maxima parte ret invenientia, & scandala necessitas publicandi, & probandi causa exclusionis ob animi defectus, ut latius in d. Reg. Confortis.
- M E L E V I T A N A**
SEU VALENTINA HABITUS
PRO FELICE DE MIRO
CUM RELIGIONE HIEROSOLYMITANA.
Causa defensio per Rotam pro Felice.
- De nobilitate generosa necessaria ad habitum militum iustitiae Religionis Hierosolymitanæ, quomodo probari debet, Et quatenus iuxta consuetudinaria probata sit, an illi obstat, seu prejudicet qualitas patriæ, quia nemp̄ sit pars locus, seu Baronialis, sive quod non habeat separationem Nobilium à popularibus; Et de cibis honoratis Hispania, An dicuntur habere nobilitatem generalem sufficiens ad hunc habitum obtinendum; Et incidenter de qualitate Baronali, si in seconde plurius nobilium Civitatum & locorum Regni Neapolitani aliarumque regionum, quod nobilitati prejudicare non debet.

S U M M A R I U M .

- 1 Facti series.
- 2 Quo laterum nobilitas requiratur pro habitu militum iustitiae in Religione Hierosolymitana.
- 3 Reputatio caue.
- 4 Ejusdem causæ extina.
- 5 Quid expedit ubi canonizata est nobilitas per viam judiciale invita Religione.
- 6 Sententia ejusdem Religionis attenduntur super nobilitate.
- 7 Quomodo probetur nobilitas ad effectum habitus.
- 8 Generaliter nobilitas probatur per teſtes de publica voce & fama, & communis reputatione.
- 9 Locus in quo non adſit formalis separatio nobilium, non casus nobilitatem generalem.
- 10 Summa felicitas est nasci in Civitate, atque ita faciliter probatur nobilitas.
- 11 Sed etiam nobilis nascitur, & incolatum habent in Villis & obscuris locis,

- tando statutum profectus non est habitus susceptionem, unde fuit vitoria sine effectu, & quem exitum plures practicaveri in similibus controverſis, quod scilicet rejecti per Religio- nem, obtenta in gradu appellationis per Roratum lucis nobilitatis canonizatione, ac declarata iuſta rejectione, uxorem duxerunt, seu alias habitum sufficerere non curarunt, ita successoribus viam pararam relinquendo, cum reverā nimis infelix de facto sit conditio ingredientium per hanc portam.
- 6 In his autem disputationibus actum solum fuit de dictis quibus latiter rejectis, praesupposita nobilitate aliorum duorum laterum, utpote canonizatorum per sententias ipsiusmet Religionis in proprio attendendas, ut apud Buratt. dec.355. n.1. Quare de dictis duobus aliis distincte agendo, quatenus pertinet ad primum de *Alberola*, per teſtes depoſitiones de publica voce & fama, & communis reputatione conſtabat concludenter illos de *Alberola* semper vixisse a tempore immemorabili cum decoro & splendore, nullam tam penitus exercendis eisque suffici habitos & reputatos pro *Idalgis* & nobilibus cum similibus notorios ab eodem immemorabili tempore uifitatis, quam speciem probationis sufficer pro habitu iustitiae in hac militia firmatur apud *Calval*. dec.68. *Buratt.* dec.357. *Merlin.* dec.167. *Durant.* dec.294. dec.248. & 290. post secundum volumen conf. *Farin.* dec.551. p.4. & in aliis, & praesertim in dictis decisionibus coram *Merlino* & *Durano*, agitur de *Idalgis Hispaniarum* cum aliis in hujus causa decisib[us].
- 8 Et generaliter quod nobilitas probetur per teſtes de publica voce & fama & communis reputatione, Bart. in l.1. n.101. C. de dignior. l.12. *Felip.* in c. super eo ille secundo. n.5. de tribus. *Covart.* l.1. var. c.16. n.19. *Menoch.* de arist. *caſu* l.170. nu.4. *Scraph.* dec.207. n.5. *Mantica* dec.317. n.2. *Capyc.* Later. *confut.* l.29. n.32.

Non impugnabantur haec per Religionem, ac scribentes pro ea, fed refudabat difficultas in qualitate loci, à qua supponeretur huicmodi familiam originem trahere, adicta Villa scilicet Baronali *De Xebea* non habente formalem separacionem nobilium à popularibus, quia cessante, hujus Religionis mos est non reputant nobilitatem generalem ab huicmodi habitu necessariam, ut habetur apud *Rojas*, dec.148.

Pro huicmodi obiecto removendo, scribentes pro Felice plures dabam reponentes. Primo felicet, quod licet prima felicitas sit nata in Civitate, quoque longe facilis nobilitas probetur per incolas Civitatum, quam per illos Oppidum, seu Villarum, ut apud *Tiraquell.* de mobilis. c.12. in principio. *De Marin.* ref.146. lib.1. num.3. Nihilominus haec est quadam mala presumptio exigens majorum ac diuiriōrum probationem, non tanquam potest presumptio juris & legitime probata sit, ut advertitur etiam apud *Rojas* d. dec.18. quoniam deficiens separatio nobilium à popularibus, reddit quidem longe difficulterem hanc probationem, magis rigorosè desiderari solitam; Idemque ubi agitur de loco Baronali quavis dictam separacionem habente ob sinistris suspicione, non tanquam tollere potest veritatem, ubi ad diversos effectus.

Ad id probandum adducem *Sacram legendam Breviarium* in die commemorationis S. *Benedicti*, qui dicitur *Nostre nobilium parentibus ortu*, cum tamē supponatur dictum locum huicmodi separacionem non habere. Ac etiam pondebant ea quae dicuntur per Octavium Marchesinum antiquum, aliquatril tamē maledictum Scriptorem Neapolitanum super familiis illius Civitatis luci proditum per *Borelli in defensione eandem familiarum*, ubi in proximo agendo de moribus Germanicis, & Galliæ, dicit, multas nobiles & generosas familiæ abhorserit vita in Civitatibus, ubi upore legi magis rigorosa subiecti, quandam quodammodo exequitatem cum popularibus pati coguntur, libertini viventes in villis & castris, ubi naturali libertatem facilius exercunt, ab illo obfuso & ignobilis populo quodammodo exigentes, sequendo dictum *Julii Caesaris* relatum per *Tiraquell.* de nobilit. cap. 12. num.2.

Vetus reflectendo ad veritatem, de his fundamentis validè dubitabam, quoniam quatuor pertinet ad exemplum S. *Benedicti* per faciem legendam, designatur quidem locus materialis nativitatis, accidentaliter tamen, quia parentes, vel tamquam Domini loci, vel ex alio accidenti ibi morantur, seu de pluribus Regibus & magnis Principibus habemus in villis & obscuris locis ortu habitibus, potissimum quia Sacra Scriptura mos est titulum nobilis non attribuendi viris privatis, sed filium illis, qui locorum Domini & de Magnatiori ordine essent; Idemque ponderabam quod

dicitum usum Germanicas, & Gallias, aliarumque regionum, vel quia feliciter persone alias nobiles in huicmodi villis & obscuris locis vivant occasione dominationis corundum locorum in feudum, vel allodium. Vel quia corum majores taliter dominationem habuerint, sed postmodum amiserint, non intermixta habitatione, ut exemplificari potest in illis de familia *Justiniana* adhuc viventibus in Insula *Chienſi*, cuius dominationem ante Turcarum occupationem habuit cum similibus. Vel quod nobiles Civitatis ob dictam vivendi libertatem, ob alia accidentia, incolatum in huicmodi locis elegent. Quibus circumstantia cesantibus posse impossibiliter est ut abepleborum mixtura nobilitas generosa per quatuor latera perfici, & conservari poterit.

Licet enim nullus fieri videatur locus, in quo de facto non adiunt personae nobiles, vulgo nuncupata *Gentilominis*, Nihilominus ita dicunt quodam privata nobilitas loci discretiva ad ignobiles & plebeos, ad effectum obtinendi quadam officia, & honorificientia plebeis incongrua; Sive ad effectum obtinendi exemptionem a numeribus personalibus & fordistis, ad quae de jure soli populares tenentur. Sive ad effectum obtinendi exemptionem a penis ignominiosis, pura furcarum, tritemum, vel futilgationis, cum similibus ad quos effectus sufficit etiam nobilitas artificialis, seu quæfita per gradus in literis, vel in armis, juxta ea, quæ de huicmodi ordinaria & inferiori nobilitate habentur in *Venafina* praeminent. hoc eod. tis. disc.35. Ac etiam in *Fulgina* disc.30. super nobilitate refutante ab officio Decurionis, seu Consulari, cum similibus, fecit autem ad effectum nobilitatis generosa, & quæpro hoc habuit militari necessaria effit.

Quare solidum ac tutum videbatur motivum à Rota admissum, quod haec familia descendenter est familia *Alberola* Regni Aragonie, in hoc loco remanata occasione recuperationis hujus Regni Valencia per Regem Aragonie cum milibus Aragonibus & Catalans, quorum magna pars *Maris expulsi*, ibi remansit, & domicilium contraxit, ob distributionem eius ab eodem Rego factam de bonis recuperatus à d. Maurorum manibus.

Non negabatur ex parte Religionis certa & notoria nobilitas generosa dictæ familie *Alberola* in Aragonia, sola vero quæfita erat facti super identitate, quam scribentes in contrario contendebant probandam esse cum descendencia ab eodem fratre, ex collectis per *Menoch.* conf.171. *Otho.* dec.151. & frequentier in materia fideicommissaria, seu altera iuris patrocinato, praefectus dec.71. cum pluribus eq. & 139. post Vivianum de *Preparatoria*, ad effectum succedendi in fideicommissio, majorauit, vel jurepatronatus ordinatus pro illis de familia, ut dicit de fideicom. in *Romanâ primogeniture de Capucinis*, ubi ex professio de hac materia identitatis familie ad diversos effectus.

Ad hoc objectum dilucidum, ac tollenda equivoqua, quæ per varietatem autoritatum & decisionum in propria de facili sumi videntur, dabam scribentes in ista causa eadem causam distinctiones ponderantes in discutitu edito pro veritate in dicta *Romanâ primogeniture de Capucinis*, subtit. de fideicommissi. Quod scilicet, aut agitur de huicmodi probatione ad effectum succedendi in fideicommissis, primogenitura, & majoratibus ordinatis ad favorem illorum de agnatione & familia, vel effectiva, ut in dubio est presumptio, vel etiam contentiva. Et tunc juxta ibi latius deducta, admittebam probationem de publica voce & fama cum foliis administricis genericis refutantibus à similitudine cognomini & insignium non sufficeret; Idemque admittebam procedere in iuribus honorificis, in quibus licet non agatur de interestibus butali & successivi de successione in iuribus, adhuc tamē continetur tertii praediti iuris, id est scriptorius procedere, cum onere tamen majoris, vel minoris probationis concludentes, prout subjecta materia, seu ratio praediti alterius, pro iuris prudentis arbitrio postulat, ut tunc iuris patrocinato, in cujus terminis agitur in dictissimum post Vivianum, ac habetur actum in sua materia sub tit. de jurepatronatus, praefectus in Pistorien. & in aliis; Sive ubi agitur ad effectum admissionis ad fedilia, aliquo publicos honores Civitatis, quibus illa familiæ gaudet juxta casum disputatum per Capyc. Latr. confut. 128. cum seq. cum aliis in dicta *Romanâ primogeniture de Capucinis*.

Aut demum de hoc agitur ad effectum honorificum alterius in specie non prejudiciale, prout est id admissionis ad habitum militares, alterius in iuris principibus nobilitatis in genere pro solo adimplemento requisiuti ad id necessarii, seu justificazione qualitatis, absque eo quod ius alterius proxime lœdat, ut lœdat in casibus praecedentibus. Et tunc, ut allegans huicmodi identitatem, non bene

& concludentes probat ejus generosam nobilitatem de per se, & independenter à collonello, seu familia libi existente, sed ab aliis nobilitate suam quoque ex sola ratione identitatis deducere praetendebat, & illo eafe identitatem magis conciderent & rigorose probare debet, quia est principale fundatum suæ intentionis.

Aut, ut in praesenti, familia unius loci de per se, & independenter ab altera in alio loco cōmōrante, bene & concludentes probat ejus generosam nobilitatem, solam verò obstat objectum relata in a mala qualitate locis originis, vel domicili, unde propter ea, non pro fundamento intentio-

procedere, quando ista circumstantia deduceretur pro principali fundamento & probatione, fecis autem ubi pro admīnicio aliarum probationum, quoniam etiam sola imbuſatio, seu hominatio ad hujusmodi officia nobilia magnum est nobilitas administricum tanquam species habilitationis, & quia non nisi nobiles & qualificati ad ea nominari, seu imbuſulari solent, ut ex Bart. in l. matriculam, n. 3. C. de agentibus, lib. 12. & alius Fab. Ann. conf. 80. n. 7. & conf. 94. n. 1. cum seq.

Accedente etiam juris presumptione, ut in dubio pro nobilitatis carnationis sit recipiendum, Bald. conf. 129. l. 2. in fine, Menoch. conf. 227. n. 2. cap. eq. Rovit. conf. 83. n. 9. & 10. l. 1. & conf. 21. n. 8. l. 2. Fab. de Ann. d. conf. 80. n. ultime, & conf. 88. n. 32. Rota apud Caval. dec. 420. in fine. Non tamen haec satisfaciunt Agentibus pro Religione, ex eo quod id concluderetur ex probationibus factis in Cūria magis quam coram Commissariis, unde illas habebant nimium suspectas, juxta illas Religionis confundentem non admittent, alias probationes, nisi illas, que fierent per ejus Commissarios.

Quia verò inter objecta que ut supra dabuntur lateri de Alberola, erat illud qualitas patria, Tum ex eo quod esset parvum Oppidum non habens formalem separationem nobilium à popularibus, Tum etiam quia effet locus infedatus, & Baronialis; Hinc proinde pro hujusmodi etiam objecto removendo, cum non adeo difficultate haberem notitiam mortuorum Hispaniæ, vel respectivæ singularium ejus provinciarum, ad convincendum hanc erroneam opinionem, adhibebit ea que in praxi habemus in Civitatibus, Oppidis, & locis quanvis generosam nobilitatem producentibus in Regno Neapolitano, que infedata sunt & Baroniali, non tamen ita accidentia, quae identitatis probationi obstat, sicut casum, de quo in dicta Pistorie, Jurisprud. sub tit. de Licepar.

Maxime ubi ultra dictum administricum resulant ab identitate nominis & insigniū, accedit alterum proximum & verisimile, quod aliquis de familia unius loci originaria alibi occasionaliter radices emiserit, ut in praesenti bene verificatur, ab dictam occasione militum Aragonensem, qui eorum regem pro expulsione Maurorum comitavit, fuerunt, ibique remanerunt, ut communiter tentant Hispaniæ choris, quibus deferendum esse in specie nobilitatis, sed identitatis familiæ habent apud Fab. de Ann. conf. 88. n. 67. & 33. & per Rot. in Auximana seputre de Cimis 28. Maii 1646. coram Arguelles, atque revera quoad istud latus Agentes pro Religione quodammodo dabant manus.

Majus igitur, ac pœnitētia difficultas fuit circa alterum latus de Aquæ, dum probationes concludebant solum qualitatem Civis honorati, quam ut supra acriter contendebat in proposito non sufficere ad nobilitatem generosam pro hujusmodi habitu militari necessariam, quamvis sufficeret, quod in partibus, seu regionibus ex quibus constitutum est illud Regnum, quod alias Sicilia citra Baronia, seu Apulia, num Napolitanum nuncupatur, plura dominia exorta fuerunt, in quibus five iuxta unam opinionem à Longobardis, five iuxta alteram à Græcis in illis officiis, qui deputabantur per Imperatorem Constantiopolitanum in iis partibus, quae praeterea virtus mare Hadriaticum continebant sub dicto Imperio, introduci, coepertur illi tituli, Principum, Duxum, Marchionum, & Comitum, quos hodie utque in abutim adeo frequenter habemus, & sub qua dominiorum, ac titulorum divisione Normandiæ, viæ Longobardis & Græcis, demum hanc regionem possederunt rei viri alios, ac supremi Principes cum Regalibus etiam majoribus a quoconque alio independenti, ita ut essent toti Principes supremi, quot erant Principes, Duxes, Marchiones & Comites, eo modo quo nunc sunt in Italia illi Principes absoluti, quos Potentatus vocamus, frequentius verò in Germania, & qui iuxta opinionem Freccia de Juf. feud. l. 1. de origine feudorum habebant sub Baronem tanquam milites electos, & bene meritos primi ordinis, quibus parva oppida & castra, concedebant, vel in feudum, vel in quadam feudorum adhuc non introductorum specie, seu imagine, e modo quo hodie praefata Italia Duxes habent etiam sub feudis, Comites, & Barones.

Cum autem, vel iuxta unam opinionem Rogerii Primus Normandus auctoritate fuit, & de facto, Apulia, seu Italia Regis nomine usurpasset, vel iuxta alteram magis receptam, Rogerius Secundus Sicilia Comes auctoritate Anacleti Antipapæ, obtenta etiam postmodum confirmatione Innocentii II. Regum nomen assumento, utriusque Sicilia circa, & ultra Pharam Rex effectus est; Hinc sequitur est, quod five de jure, five de facto ac vi bellicæ, Illi Principes, Duxes, Marchiones, & Comites, qui prius jure liberti alio, ac supremi Principes Civitatis, ac ditiones possidebant, ita Regem in supremum agnoscere coeperunt, quod solum alium dominium, ac maiorem superioritatem, quam hodie vulgo vorarunt, reservatis Regi aliquibus Regalibus majoribus, ut praeternit illi jus indicendi bellum cum similibus, retentis per eos reliquias Regalibus cum mero & mixto Imperio, ita ut Principum quoque partes ac figuram continuerint, dictos inferiores Barones sub se habentes in quoque vel extinxisti illi lineis, vel ex tempore & bellorum coniunctis immutationibus, illi prima dominations finem habuerint.

Licet enim opponeretur, quod solus concursus sine obtentione & exercitio non sufficiat, Replicabam tamen objectum

Transitum autem faciente dicto Regno à Normandis, prius ad Svevos, & deinde ad Gallos Andegavenses, sub unis, vel alii, ad instar fortè morum, & usus Germaniz, & Gallia, eadem dominations ita subordinata Regi, sed adhuc in figura Principum introductæ fuerunt in personis foliū qualificatis, puta filiis, & fratribus Regum, seu alias de sanguine Regio, ut erant Duxes Calabria, Principes Tarentini, Comites Litis, Domini honoris Montis S. Angeli, & similes, ita ut quilibet ex his dominionibus integras provincias, & plus complectetur, quilibet etiam eorum dictos inferiores Domicellis, seu Barones, aut subfeudatarios habent; Deinde verò paulatim, praetrium versus sub feminis dominionibus Reginam Joannam primam, & secundam, ita prærogativa feudorum qualificatorum, ac dignitatis, cum predictis titulis Principum Ducum, Marchionum, & Comitum transitum facere copit ad nobiles privatos, qui in literis, vel armis conspicui, seu ex aliis fortè parum dignis causis in summo favore constituti, ad hunc diversum statum transitum facere coepert; Adhuc tamen rarus erat hujusmodi Titularum, ac feudatariorum dignitatis usus, illique in magna potentia, & exiftimatione continuabant, adeo ut cum ipmet Rege eorum aliqui bellum inire, pacemque tractare conliverint, unde propter meriti etiam nobiles, & conspicuae Civitatis hujusmodi Principes, Duxes, Marchiones, vel Comites juxta primam, secundam, vel tertiam speciem habent, quia dum quodammodo Principum figuram adhuc gerebant, ita ipsa Civitates erant capita, & Metropoles totius ditionis ex integris ponè Provinciis constituta, contineantur quoque sub termino, seu vocabulo subfeudorum ut Baronum, & Domicellorum inferiorum, quia eidem de castris, & parvis oppidis subfeudabantur; Unde tradunt historiæ, vel traditiones, quod plerique ex modernis Regni Titularis, qui hodie magnam figuram facere fatigunt, ita feuda possidere ceperunt, quia scilicet tanquam hujusmodi Principum, & Ducum militis, vel gratiæ familiæ, ab eis de aliquo castro, vel parvo oppido inventi fuenterunt; Tractauerò temporis ex Regis motibus, ac dominionum varietatibus, penè in totum ita, vel numerum dicti sibi antiquis magnis, & conspicuis dominationibus, Hinc sequuntur eti, quod nobiles, & conspicuae Civitatis, seu qualificata Oppida, que prius dictam Metropoliticam figuram faciebant sub magno Princeps, ob factus calum deviationis, vel ob lineas finitas, vel ob rebelliones, & felonias, iure feudorum emptiionum condidi coepert, cuique pecuniam habent, melioreaque conditionem facient, necnon cum nimia facilitate, villy-que prelio multiplicari coepit utrius titulorum, & dignitatum, adeo ut parva magnis, atque quaero rotundis exequata fini, quoniam eodem iure cententur penè irridibiles Principes, Duxes, Marchiones, & Comites illorum catrorum, & parorum, quia prius de Civitate majorumque ditionum, & Principatum districtu, & excedentes per ipsos Principes, Duxes, Marchiones, & Comites familiariis concedi solebant, ac sint illi earundem Civitatum, & locorum dominantium; Atque exinde sequuntur eti, ut omnes Civitates, Oppida, & loca dicti Regni hujusmodi feudalem, ac Baronalem qualitatem habent, vel habuerint, dum de facto in Regno predicto longitudinis miliarium 450. latitudinis 140. & circuitus 1468. & quod constituitur ex 143. Civitatis ex quibus 121. sunt Episcopatus, & 22. Archiepiscopatus, & alii 1830. circiter Oppidi, castri, & locis, iohim quæ draginta, circiter Civitatis, & Oppida hodie sint abhinc Barone sub immediato gubernio Regis, & ut ibi dicitur de Demanio, Atque ex his, adhuc sub judicis est, an duarum, vel trium pretento subfert necne, quod hujusmodi plaga non ferenter, reliquis omnibus eandem plaga patit, & que facta calu deviationis, in hoc statu ex propria industria, & sumptu conservantur, quia nempe illi iure prælatiis quod ibi conceduntur, ipsa Universitates se redemerint, atque provocando ad denarium solvere illud pretium, pro quo infeudatio concessa erat, vel imminebat; Igitur nimium evidens fabula est, ob feudalem, ac Baronalem qualitatem locorum ita generaliter, ac indefinite exiftimare, conspicuae Civitatis generosam nobilitatem producunt, exequante illis obfervi locis, quæ ex eorum conaturali qualitate Domicellis, ac inferioribus Baronibus per ipsos Principes, & Duxes concedi conliverint, Atque in hoc veratur ignari vulgi error manifestus, quoniam ita Civitates faciebant illam figuram cum suis Principibus, Duxibus, Marchionibus, & Comitibus, quemadmodum faciunt illæ quibus hodierni Italia Principes, & Potentatus notarii, ac titulum defuncti, habendo sub se tanquam proprio

districtu, & comitatu inferiora loca, inferioribus Domicellis, & Baronibus concedi folita, & pto etiam in statu Ecclesiastico penultimo seculo penè omnium magis conspicuarum Civitatum conditio erat sub propriis Principibus, vel Tyrannis; Ideoque plures occasione confundendi in hac nobilitatis materia pro hujs militia habitu suscipiendo, vel ad alium similem effectum dicere conliveri, quod non modernus, sed antiquus rerum status, ac Civitatum, & locorum antiquæ qualitas, & conditio spectari debent, non autem ita moderna accidentalis; Et cum hac distinctione materia regulanda videtur.

ANNOT. AD DISC. XXXII.

cum seqq.

D E materia istorum discursuum pro admissione ad habitum iustitiae in Melcivitana Religione, infra, disc. 49. & de ita Religione in opere Italico Doctoris Vulgaris, sit. de Regulari, cap. 46. & praetertim in casu, de quo, disc. 34. introducta causa in Rota coram Vicecomite, factisque probationibus sub die 19. Martii 1673. prodiit resolutio pro canonizatione nobilitatis hujs familie, pro casibus futuris, cum lite pendente obserbit ille, qui habitum suscepere volebat.

MELEVITANA, SEU HISPALENT.
HABITUS.

PRO ANTONIO DE VALENTINA,
CUM RELIGIONE HIEROSOLYMITANA.

Discursus pro directione cause pendente
in Rota.

De eadem materia nobilitatis generosæ requisita ad militiam iustitiae in Religione Hierosolymitana, & an illi alijs probata obserbit qualitas, seu exercitum mercaturæ, & quando. Et de alio requisito puritatis sanguinis quomodo iustificari debeat. Et an & quando admisso germani fratri ad consilium militiam eadem requisita exigentem, firmet statum, & inducat justificationem requisitorum.

S U M M A R I U M .

- Facti series.
- Resolutio super puritatem.
- In Religione Hierosolymitana ad habitum iustitiae non admittuntur descendentes ex sanguine impuro infidelium.
- Importans non presumitur, sed quilibet certetur purus ex ipso quod non confitetur de impuritate.
- Teses de publica voce, & fama, & reputacione probant.
- Quomodo debeat esse probationes impuritatis.
- Libelli famos, & occidi non attendendi.
- Teses circa impuritatem debent allegare certam causam scientie, alijs non probant.
- In materia nobilitatis non suffragatur juris presumptio, sed etiam allegans tenetur probare, quia nobilitas non presumitur.
- Quomodo probetur nobilitas.
- De antiquo sibi armorum.
- Uncus testis admittuntur probat.
- Non dicunt exerceri mercaturam in rebus propriis.
- Agricultura in bonis propriis non praeditat nobilitati.
- Quando mercatur a prejudicet nobilitati, & quando non.
- In Gallia, & Hispania semper prejudicat.
- Declaratur.
- Nobiles Genueses, & Florentini exercent mercaturam.
- Declaratur item, quando mercatur prejudicet nobilitati, nece.
- Quis dicatur artifex, & alicuius artis professor.
- Sententia lata pro nobilitate, vel statu ad favorem fratris anfaciat ius quod alterum fratrem.
- Quid econverso in casu sententia prejudicabit.
- An conclusio, de qua n. 21. si practicabilis.
- Sententia inter alios si non praeditat, facit adminiculum.

Cupiens Antonius de Valentia Hispanus suscipere habuit militum iustitiae in Sacra Religione Hierosolymitana, obtinuit in forma confusa fibi deputati Commisarios, qui ex officio informationes recipiebat super requisitis sue nobilitatis, & puritatis fanguinis. Cumque dicti Commisarii reuoluerint omnia fibi videri sufficienter iustificata, aquo conformis quoque fuisset relatio aliorum Commissariorum, quos deputavat Assemblea, seu Consilium provincialis Prioratus Cafelaria, & Legionis, idcirco eadem Assemblea dictas iustificationes approbavit. Iis autem transmisso ad M. Magistrum, seu eam lingua, due prodierunt in utroque Consilio, Ordinario, & completo contraria sententia per plures difficultates habitas in omnibus quatuor lateribus, tam circa nobilitatem, quam circa fanguinis puritatem, de quae ob antiquam Maurorum, & Judeorum institutam in Hispania magis, quam aliis inquietu foleret. Unde interposita per Antonium a praefatis sententiis appellatione, & commissa per Signaturam Sanctissimi cauila in Rota coram Cerro, habitoque juxta laudabilem stylum, Advocatum, & causa Patroni congregata fuisse ejusdem causa directione, concorditer concilium fuit super puritatem puritatis, cum concorditer per Farin. q. 103. n. 24. & in his terminis Escobar, de nobil. puritate, p. 2. q. 1. de Schol. s. f. libellis ferentibus per totum. Aliqui vero teles nullam scientiam causam reddebant, omnino necessariam, cum aerigeretur de rebus, que non percipiuntur sensu corporis, sed constitutum in judicio intellectus, ut advertitur dec. 294. n. 11. & dec. 294. p. 1. rec. 7. dec. 71. n. 3. & p. 3. Ac etiam quia deponebant dubitaverit, quod scilicet si familia efficeretur in uno loco, aefficeretur fuscus, secus autem si de altero, Unde propterea nullum reverba probations gradum constituebat, nequod probabilius suppositionem sufficiens.

Difficultas igitur tota residebat circa alterum requisitum generosae nobilitatis omnium quatuor laterum, patris, matris, & utriusque avie, circa quam juris presumptio non suffragatur, sed petens administrationem gravauerit onere probations, cum nobilitas non sit qualitas, que presumatur, ut ex Bald. in l. in actionibus. §. plane. C. de istem iuram. Tiraq. de nobil. §. 10. m. 73. Menoch. 16. presump. 60. Fab. de Ann. conf. 20. n. 1. Rot. dec. 72. n. 3. p. 4. rec. tom. 2.

Videbatur autem per tales aliae administrula in omnibus lateribus, bene, & sufficienter iustificari, quod hujusmodi familia nobiliter, & splendide vixerint more aliorum nobilium Civitatis, absque eo quod adest memoriam super exercitio aliquius artis mechanicae, seu viles ministerii, cum communia fama, & reputatione, quod sumit ad probatioem nobilitatis, juxta authoritates, & decisiones, de quibus in aliis Melevitana, seu Valentina habitus, disc. 294. So. 1. q. 1. super duos cadere videbatur dubitari; Primo quod unicus tantum tellus bene concluderet de antiquo usu armorum, seu insigniis cognitorum a tempore immemorabilis in lateribus arie paternae de Areccilla, & matris de Alzaga, cum reliqui testes deponentes relativè ad quadam literas executoriales a pluribus annis defuerint obstantes, unde propterea non videbatur adeo circa illud requisitum illa concludens probatio, quia concurrebat in aliis lateribus.

Quod primam, cum illud sit objectum in dubio non presumendum, idcirco intentio allegantis puritatem regulariter fundata dicunt in sua praesumptione juris, eo ipso quod per obiectorem de impuritate non docetur, ut in specialibus terminis admissionis ad habitum illius Religionis habetur dec. 494. p. 1. rec. 2. & 333. n. 1. p. 2. que etiam apud Gregor. dec. 498. Et generaliter, ad effectum satiscientem Statutus Capitalorum Hispaniae rigorose etiam hoc puritatis requisitum exigentibus, plene habetur apud Merlin. dec. 468. & in Cod. duben. dimid. portionis coram Matis, dec. 319. & 333. p. 1. rec. ubi latè concordantes.

Claruit vero ob dilectionem probacionem, Unam scilicet per testes de publica voce, & fama, & communia reputatio, quam speciem probacionis receperimus illi in propria sufficiere, ut in eidem proximè allegatis decisibonis; Et alteram, quia ejusdem Antonii germanus frater adhuc fuerat ad habitum iustitiae in militia S. Jacobi de Spata, ad quem effectus eadem qualitas puritatis fanguinis requiri prævia eadem inquisitione; Quidquid enim sit de puncto, an admissio germani fratris hujusmodi militias firmet statim, ac inducere requisitorum iustificationem respectu alterius fratris, de quo habetur infra altero requisito nobilitatis. Indubitate tamen dicebam, quod ubi etiam quod dictum alterum requisitum id non sufficeret, fatis abundaret quoad illud, cuius affectus praesumptio juris ut supra unde non urgat illud concidentibus probacionis onus, quod incumbit in altero, & consequenter sufficit, ut exinde relinquit admiculum dicta praesumptionis coadjuvare. Multo magis dum illud non erat unicum, quoniam confabat de admis-

ione personarum de eadem familia, & sanguine respective ad Capitula Cathedralium. Ac etiam stante dicta probatione per famam, & communem reputacionem, ac stante dicta admissione per assembleam, seu Consilium rationale in loco, quod et validè existimandum, ut infra, unde causa videbatur omnino planus.

Et quoad alteram partem evacuationis objectorum, dicebam, quod stantibus probationibus, & administris super puritate, contrariae probationes habentes resistentiam regulæ, seu praesumptionis legalis, esse debebant omnino prepondentes, ac suffocantes illas puritatis, ut advertitur dec. 494. n. 12. p. 1. rec. 29. tandem fundamentum suffit periculorum, dum itabilitas, & supra contentantur sola probatio ne per famam, & probabilem suspicionem.

Impudens autem consilium ceterebat illud, aliquorum ex nostris, astutis disputationem validitatem, & sufficienciam hujusmodi exhortantibus novi Statuti, cum ita non levis induceret suspicere de notiorum iurium diffidencia, que vere non aderat. Dabatur etenim quidam libellus porrectus sub consilio nomine eius, qui per lex mentes anteas obserbat, omnino animosus, & compotitus per apertum inimicum ad formam libelli famosi, qui probatio penitus indigna erat at text. in l. C. de libellis famosis, cum concord. per Farin. q. 103. n. 24. & in his terminis Escobar, de nobil. puritate, p. 2. q. 1. de Schol. s. f. libellis ferentibus per totum. Aliqui vero teles nullam scientiam causam reddebant, omnino necessariam, cum aerigeretur de rebus, que non percipiuntur sensu corporis, sed constitutum in judicio intellectus, ut advertitur dec. 294. n. 11. & dec. 294. p. 1. rec. 7. dec. 71. n. 3. & p. 3. Ac etiam quia deponebant dubitaverit, quod scilicet si familia efficeretur in uno loco, aefficeretur fuscus, secus autem si de altero, Unde propterea nullum reverba probations gradum constituebat, nequod probabilius suppositionem sufficiens.

Difficultas igitur tota residebat circa alterum requisitum generosae nobilitatis omnium quatuor laterum, patris, matris, & utriusque avie, circa quam juris presumptio non suffragatur, sed petens administrationem gravauerit onere probations, cum nobilitas non sit qualitas, que presumatur, ut ex Bald. in l. in actionibus. §. plane. C. de istem iuram. Tiraq. de nobil. §. 10. m. 73. Menoch. 16. presump. 60. Fab. de Ann. conf. 20. n. 1. Rot. dec. 72. n. 3. p. 4. rec. tom. 2.

Videbatur autem per tales aliae administrula in omnibus lateribus, bene, & sufficienter iustificari, quod hujusmodi familia nobiliter, & splendide vixerint more aliorum nobilium Civitatis, absque eo quod adest memoriam super exercitio aliquius artis mechanicae, seu viles ministerii, cum communia fama, & reputatione, quod sumit ad probatioem nobilitatis, juxta authoritates, & decisiones, de quibus in aliis Melevitana, seu Valentina habitus, disc. 294. So. 1. q. 1. super duos cadere videbatur dubitari; Primo quod unicus tantum tellus bene concluderet de antiquo usu armorum, seu insigniis cognitorum a tempore immemorabilis in lateribus arie paternae de Areccilla, & matris de Alzaga, cum reliqui testes deponentes relativè ad quadam literas executoriales a pluribus annis defuerint obstantes, unde propterea non videbatur adeo circa illud requisitum illa concludens probatio, quia concurrebat in aliis lateribus.

Quod primam, cum illud sit objectum in dubio non presumendum, idcirco intentio allegantis puritatem regulariter fundata dicunt in sua praesumptione juris, eo ipso quod per obiectorem de impuritate non docetur, ut in specialibus terminis admissionis ad habitum illius Religionis habetur dec. 494. p. 1. rec. 2. & 333. n. 1. p. 2. que etiam apud Gregor. dec. 498. Et generaliter, ad effectum satiscientem Statutus Capitalorum Hispaniae rigorose etiam hoc puritatis requisitum exigentibus, plene habetur apud Merlin. dec. 468. & in Cod. duben. dimid. portionis coram Matis, dec. 319. & 333. p. 1. rec. ubi latè concordantes.

Claruit vero ob dilectionem probacionem, Unam scilicet per testes de publica voce, & fama, & communia reputatio, quam speciem probacionis receperimus illi in propria sufficiere, ut in eidem proximè allegatis decisibonis; Et alteram, quia ejusdem Antonii germanus frater adhuc fuerat ad habitum iustitiae in militia S. Jacobi de Spata, ad quem effectus eadem qualitas puritatis fanguinis requiri prævia eadem inquisitione; Quidquid enim sit de puncto, an admissio germani fratris hujusmodi militias firmet statim, ac inducere requisitorum iustificationem respectu alterius fratris, de quo habetur infra altero requisito nobilitatis. Indubitate tamen dicebam, quod ubi etiam quod dictum alterum requisitum id non sufficeret, fatis abundaret quoad illud, cuius affectus praesumptio juris ut supra unde non urgat illud concidentibus probacionis onus, quod incumbit in altero, & consequenter sufficit, ut exinde relinquit admiculum dicta praesumptionis coadjuvare. Multo magis dum illud non erat unicum, quoniam confabat de admis-

